VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Seite 40r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

cum tuis omnibus uerseris. Tunc oziam
finito consilio. susceptit eum in domum
suam. et fecit cenam magnam: et uo
catis omnibus proceribus. simul expleto re
uuno reuerterunt se. Postea u̅ uocat̄
omnis plebs. protinus noctem intra ecclesiam
mauerunt: petentes auxilium a d̄o isrl.

Holoferne autem alia die VII
precepit exercitibus suis ut ascenderent
contra bethuliam. Erant autem pedites bel
latores. c. xx. milia. et equites. xxii. mi
lia. preter expeditiones uirorum illorum quos occu
pauerat captiuitas. et adducti fuerat
ut de prouincias et urbibus uniuerse ui
uentius: omnis pariter parauerunt se
ad pugnam contra filios isrl. Et uenerunt
per arpidinem montis usque ad apicem quod
respicit dothaim: a loco quod dicitur belma
usque ad elmon qui est contra hesdrelon.
Filii autem isrl ut uiderunt multitu
dinem illorum: prostrauerunt se super terram
mittentes cineres super capita sua. una
nimes orantes: ut d̄s isrl misericordiam suam
ostenderet super populum suum. Et assum
tes arma sua bellica. sederunt per loca
quod angusti uiaeuis tramitem diuidunt
inter montuosa: et erant custodientes
ea tota die et nocte. Porro holofernes
dum circuit pegyrum. reperit quod fons
quod influebat aque ductum illorum aperit
australi extra ciuitatem diuideret. et in
cidi precepit aque ductum eorum. Erant
tamen non longe amuris fontes: ex quibus fur
tim uiderant hauriri aquam ad refici
endum. poterant quam ad potandum. Sed
filii ammon et moab accesserunt ad ho
lofernem dicentes. Filii isrl non in lanceis
nec in sagitta confidunt: sed montes de
fendunt illos. et muniunt illos colles
in principio istiuri. Ut ergo sine ingressio
ne pugne possis superare eos. pone ad
fodes fontium ut non hauriant ceteris. et
sine gladio interficies eos: ut certe fati
gati. tradent ciuitatem suam: quam putant
in montibus positam non posse superari. Et
placuerit iuba hec coram holoferne:
et coram omnibus satellitibus eius. et instituit

per gyrum centenarios per singulos fontes.
Cumque ista custodia per dies. xx. fuisset
expleta: deficerunt aqueme. et collectio
nes aquarum omnibus inhabitantibus
bethuliam. ita ut non esset intra ciuita
tem unde saciarentur uel una die. quam
ad mensuram dabatur populis aqua cot
idie. Tunc ad oziam congregati sunt
omnes uiri feminique iuuenes et paru
uli. simul omnes una uoce dixerunt.
Iudicet dominus inter nos et te: quam fecisti
nobis mala: nolens loqui pacifice cum
assyrius. Et propter hoc tradidit nos dominus in
manibus eorum. et ideo non est qui adiuuet eum p
sternam ante oculos eorum in siti et perdi
tione magna. Et nunc congregate uniuer
sos qui in ciuitate sunt: ut sponte nos
tradamus omnis populi holoferni. Melius
est enim ut capiuti bonificemur dum ui
uentes quam moriamur: et simul inobprobrium
omni carni. cum uiderimus uxores nostras
et infantes nostros mori ante oculos nostros.
Contestamur hodie celum et terram et dominum
patrem nostrorum. qui ulciscit nos secundum pe
cata nostra. ut iam tradatis ciuitatem in
manus militie holoferni: ut sit finis
nostri breuis. morte gladii quam longior efficiat
in ariditate sitis. Et cum hec dixisset
fuisset factus est fletus et ululatus magnus in ecclesia
omnibus: et permultas horas una uoce cla
mauerunt ad dominum dicentes. Peccauimus
cum patribus nostris. in iniustitiam egimus in iniq
tate fecimus. tu quoque pius es misere nobis.
aut intuo flagello uindica iniquitates
nostras. Noli tradere sperantes te populo
qui ignorat te. ut non dicant inter gentes:
ubi est dominus eorum. Et cum fatigati his cla
moribus et his fletibus lassati siluissent.
exsurgens oziias in fusus lacrimis dixit.
Quo animo estote fratres: et hos. v. die
expectemus adhuc misericordiam. forsitan et
indignationem suam absoluet: et dabit
gloriam nomini suo. Si autem transactis. v. diebus
non uenerit adiuuamen: faciemus hec uerba
quod locuti estis. VIII.

Factum est cum audisset hec uerba
Iudith uidua. quod erat filia merari. fi